

1978

L
1823

Dr. De. U.a. 11

alib. med. H. 16.
~~H.~~ 16. V.



9 *elb 5*
DISPUTATIO VII.
DE ACTIONI-
BVS HOMINIS


In Illustri Academia IVLIA 9. Calend.
Octobris, Anno 1590. à salutifero
virginis partu insti-
tuta.

Præside
IOANNE VVERNERO
Medicinæ D.

Respondente
MARTINO VINCENTIO VRATIS-
lauensi Silesio.



HELMSTADII
Excudebat Jacobus Lucius, An. 1590.





AMPLISSIMO NOBILISSIMO CONSULTISSIMO
QUE VIRO ERASMO MOLLERO DOMINO
in Malckowis Weigwiz vnd Kreickaw etc.
Inclytæ Reipub. Vratislauiensis Se-
natori prudentissimo.

AMPLISSIM O NOBILISSIMO PRUDENTISSIMO
QUE VIRO IACOBO REICHEL DOMINO
in Zanisch etc. eiusdem inclytæ Reipub. Sena-
tori Patronis atq; Mæcœnatibus suis per-
petuo colendis.

Debita animi reuerentia

Hæc themata

D. M. C.

Respondens.

Thesis I.



Facultatibus ad actiones maxima ijs co-
gnatione iunctas progredimur.

II.

Est actio seu functio ipsa causæ efficien-
tis motio.

III.

Efficiens huius causa vel primaria est vel primariæ mi-
nistra.

IV.

Primaria est ipsa Anima.

V.

Ministræ vel sunt ab eadem anima progenitæ , vt facul-
tates : vel ad eiusdem munia obeunda saltem adhibitæ, qua-
les corporea sunt instrumenta.

VI.

Hisce causis anima stipata vel actionem ciet, vel opus
ipsum complet.

VII.

Vnde apparet , opus ipsum esse actionis complemen-
tum ac perfectionem.

VIII.

Actiones vel sunt animæ ipsius per se, vel ipsarum par-
tium.

IX.

Actiones animæ ipsius per se sunt intellect⁹ & volūtas.

X.

Actiones partium , vel sunt partium simplicium per se,
vel instrumentorum.

XI.

Actiones partium simplicium per se sunt , quæ in pro-
prium partium vergunt commodum: talis est cuiusq; partis
simplicis nutritio.

Actiones instrumentoru vel sunt simplices vel mixtæ.

A 2

Sim-

XIII.

Simplices sunt, quæ ab instrumento vnius facultatis prodeunt ope. XIV.

Harum tot sunt, quot numero instrumentorum sunt facultates. XV.

Mixtæ sunt, quæ ab instrumento plurium facultatum subsidio sunt ortæ: talis est vrinæ excretio. etc.

XVI.

Simplices vel sunt vnius instrumenti propriæ, vel plurium communes. XVII.

Propriæ alicuius instrumenti actiones sunt, quæ à nullo alio fiunt ut instrumento, talis oculi visio est.

XVIII.

Communes sunt, quæ à pluribus instrumentis communis utilitatis gratia fiunt: talis sanguinis & spirituum à venis, arterijs, neruis, delatio est.

XIX.

A generalissimis hisce ad specialiora progressus fit.

XX.

Actio porrò distinguitur ut facultas, & est triplex: Naturalis, Vitalis, Animalis.

XXI.

Naturalis est, quæ à naturali facultate prodit.

XXII.

Hæc vel princeps est, vel minus princeps.

XXIII.

Principem Galenus, (nam de iudicio nostro constat alijs,) ut facultatem, fecit triplicem: Generationem, Nutritionem, Auctionem. XXIV.

Generatio est nouæ substantiæ productio.

Nutritio est nutrimenti affluentis ad corpus nutriendum assimilatio.

s. A

Auctio

XXXVI.

Auctio est magnitudinis in omnem dimensionem ampliatio.

XXXVII.

Minus princeps vel est præcedens vel consequens.

XXXVIII.

Præcedens est: Attractio & Retentio.

XXXIX.

Attractio est materiæ conuenientis assumptio.

XXX.

Retentio est attracti complexio.

XXXI.

Consequens est: alteratio seu coctio, & expulsio.

XXXII.

Alteratio seu coctio est alimenti in substantiam alendri conuercio.

XXXIII.

Expulsio est in conuenientis excretio.

XXXIV.

Sic generalis est actionum minus principum ad principes, secundum naturam ipsam accommodatio: specialis post instituetur disquisitio.

XXXV.

Actio vitalis est ipsius cordis, arteriarum mediante ministerio, operatio.

XXXVI.

Actio hæc inter naturalem ac voluntariam medij generis est: quippe nec ratione potentia agentis ad patientem obitur ut naturalis, nec pro arbitrio ut voluntaria: sed solo necessitatis respectu: solo enim usu permuto, facultate & arteriarum corporibus minimè mutatis, permutatur pulsus, quod vel maioribus vel minoribus opus sit pulsationibus.

XXXVII.

Actio vitalis vel pulsus est vel animi affectus.

XXXVIII.

A 3

Pul-

Pulsus est cordis arteriarumq; motus, è dyastole systo-
leq; compositus, caloris natiui moderator.

X X X I X.

Affectus est cordis motio, qua cor, spiritu ac calore vi-
tali, vel extrà effuso, vel intus reuocato, obiecta insequi ac
amplecti, vel fugere ac auersari annititur.

L X.

Verum de his in specie aliàs solet disputari.

L X I.

Animalis actio est, quæ ab animali facultate originem
sumit.

L X I I.

Hæc vel hominis propria est, vel animantibus quo-
dammodo communis.

L X I I I.

Hominis actio propria est: Intellectus & voluntas.

L X I I I I.

Communis quodammodo animantibus actio est: sen-
sus & motus.

L X V.

Sensus vel sunt interiores vel exteriores.

X L V I.

Sensus interiores sunt, qui circa rerum absentium ver-
santur species.

X L V I I.

Hi vel sunt specierum seu imaginum conceptiones, vel
earundem conseruationes.

X L V I I I.

Conceptiones vel saltem adiunctam habent discretio-
nem quandam, vel pleniorē estimationem.

X L I X.

Illa imaginatio est, hæc Ratiocinatio.

L.

Imaginatio est imaginum ab exterioribus facultatibus
oblatarum melior distinctio.

L I.

Ratio-

Ratiocinatio est imaginum sub censum & iudicium reuocatarum, diligentior pleniorq; aestimatio.

LII.

Memoria est imaginum notionumq; conceptarum custodia.

LIII.

Vbi probè notandum est: memoriam in absentia rerum operari cum temporis sensu: phantasiam verò sine eodem: cùm enim lectiones, aut disputationes fingimus, imaginamur, cum disputasse nos heri, legisse nudius tertius, cognoscimus, recordamur.

LIV.

Quæ recordatio eiusdem facultatis memoratricis ulterior motus est: sit enim memoria sese in seipsum reflectente.

LV.

Sensus exteriores sunt præsentium saltuum apprehensiones.

LVI.

Sensus exteriores vel sunt totius corporis, vel certarum partium.

LVII.

Totius corporis sensus, tactus est.

LVIII.

Tactus est qualitatum tactilium perceptio.

LIX.

Certarum partium sensus, vel sunt nobiliores vel ignobiliores.

LX.

Nobiliores sunt visus & auditus.

LXI.

Visus est rerum coloratarum lucidarumq; perceptio.

LXII.

Auditus sonorum est apprehensio.

LXIII.

Sensus certarum partium ignobiliores sunt gustus & odoratus.

LXIV.

Gustus est saporum perceptio.

Odora-

L X V.

Odoratus est odorabilium qualitatum apprehensio.

L X V I.

De sensuum exteriorum instrumento, medio, modoq;
post in specie erit disputatio.

L X V I I.

Motus voluntarius, (nam de eo h̄ic tantum est negoti-
um) est corporis, consilio ac voluntate instituta, nerorum
muscularumq; ope peracta, agitatio.

L X V I I I.

Animalis quippe facultas, quæ vectore Spiritu in quā-
cunq; particulam per neruum à cerebro influxit, dum vo-
luntatis imperio ac animi conatu intentioneq; pulsatur,
motum facit, dumq; neruum ac musculum contendit & in
seipsum contrahit, simul eam particulam, in quam insertus
est, adducit, itaq; motus fit.

L X I X.

Motus hic vel totius est corporis, vel certarum partiū.

L X X.

Motus totius corporis est progressio.

L X X I.

Progressio est corporis de loco in locum commotioi.

L X X I I.

Certarum partium motus est Respiratio &c.

L X X I I I.

Respiratio est partiū ad percipiendum aërem agitatio.

L X X I I I I.

Huius propria instrumenta sunt: septum transuersum, & alij
so. thoracis musculi. L X X V.

Fit respiratio vt pulsatio per dyastolen ac systolen.

L X X V I.

Dyastole est partium dilatatio aëri inspirando inferiens.

L X X V I I.

Systole est partium contractio aëri fuliginofo expel-
pellendo ministrans.

F I N I S.

78L 1823

ULB Halle
004 592 395

3




f

56.





Farbkarte #13



9 *Ch 5*
DISPVATATIO VII.
DE ACTIONI=
BVS HOMINIS

In Illustri Academia IVLIA 9. Calend.
Octobris, Anno 1590. à salutifero
virginis partu insti-
tuta.

Præside
IOANNE VVERNERO
Medicinae D.

Respondente
MARTINO VINCENTIO VRATIS-
lauensi Silegio.



HELMSTADII
Excudebat Iacobus Lucius, An. 1590.